8 B

[illegible] cum antonio antigoni in reg[illegible]
[illegible] pachoris rex parthorum. iiii. l.
in manu ualida eufratem transgressus est.
ad quem descendens lisanias antigoni nepos
filius ptholomei ex alexandria: pollicitus
est talenta mille. uirgines quingentas. ut
antigonum in regnum reduceret. Acceptis itaque
a pachoro militis milibus parthorum: antigonus
ierusalem expugnabat: et faselus quidem muros.
herodes domum regiam custodiebat. Sed cum
intrassent urbem antigoni in diebus pentecostes
et in foro dimicatum est. Cum autem de pace tractaretur
est: antigonus parthorum regem arbitrum in dolo de
poscebat. Egressis ergo hyrcano cum faselo et an
tigono ad parthorum regem: hyrcanus et fase
lus in itinere a parthis comprehensi sunt. Quo accep
to herodes: noctu ad ydumeos contribules

missum: et diu habitum ludibrio. qu[illegible]
Herodes accepta romam [illegible]
morte suis romam peruenit: et per [illegible]
causam suam exposuit antonio. Commiratus est ei ca
sum et miseratus: senatui persuasit. ut herodem
regem iudee declararet. Coronatus ergo herodes
augusto et antonio hinc et inde [illegible]
in capitolium ductus est. ubi et [illegible]
super hoc scripto repositum est. Remissus [illegible]
herodes: duoque principes cum eo. uentidius et silo
qui eum in regna collocarent. Cum uenisset ergo
in galileam. silonem antigonus mercede corru
pit: et propterea congredi aduersus antigonum si
mulatis occasionibus differebat. Cumque tandem
obsedissent ierusalem romani: tum propter hyemis
asperitate. tum propter inopiam uictus: ab ob[illegible]one
discedentes in ydumeam et galileam [illegible]ma

License: public_domain – Brugge, Stads- en O.C.M.W.-archief Brugge, reeks 538: Fragmenten van handschriften, nr. 37, fol. [8b]r – Vincentius Bellovacensis, <i>Speculum historiale</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-a3wp/9756/71145)